

D(ominus) n(oster) gl(ori)osissimus adq(ue) incl(yt)us rex Theodericus [v. l. *Theodericus*], *vict(or) ac triumf(ator), semper Aug(ustus), bono r(ei) p(ublicae) natus, custos libertatis et propagator Rom(ani) nom(inis), domitor g(en)tium, Decennovii viae Appiae, id e(st) a Trip(ontio) usq(ue) Tarric(inam), it(er) et loca, quae confluentib(us) ab utraq(ue) parte palud(ibus) per omn(es) retro princip(es) inundaverant, [= sub aqua fuerunt] usui pub(lic)o et securitate [immo securitati] vian(t)um admiranda* [v. l. *admiranda*] *propitio deo felic(ita)te restituit: operi iniuncto naviter insudante adq(ue) clementissimi princip(is) feliciter deserviente p(rae)coniis ex prosapie Deciorum Caec(ina) Mav(ortio?) Basilio Decio v(iro) c(larissimo) et in(l)ustri ex p(raefecto) u(rbi), ex p(raefecto) p(raetori)o, ex cons(ule) ord(inario), pat(ricio), qui ad perpetuandam tanti domini gloriam p(er) plurimos, qui ante non [fuerant videtur excidisse], albeos deducta in mare aqua ignotae alavis [v. l. *ataviis*] et nimis antiquae reddidit siccitati. De signo E in huius aevi numismatis plumbeis titulisque saepe reperto nuper dixit Bruzza ann. Inst. arch. 1877 p. 58 seq.; de interpretatione adhuc non liquet. — Conferenda est epistula Theoderici regis ad senatum urbis Romae (Cassiodor. var. 2, 32): *Vir magnificus atque patricius Decius . . . ultro postulavit . . . paludem Decennovii . . . vicina vastantem . . . absorbere . . . unde nostrae super hac parte serenitatis postulat iussiones, ut auctoritate publica subeat opus excinium, quod erit cunctis vian(t)ibus profuturum. Nos, patres conscripti, . . . praesentibus decretis annuimus, ut ad loca ipsa Decennovii duos ex vestro corpore dirigatis, quibus arbitrantibus, quantum spatii restagnatis incursibus palu-**

*destris illuvies occupavit, fixis terminis adnotetur, ut, cum ad perfectionem promissam pervenerint, liberatori suo reddita terra proficiat nec quisquam inde aliquid praesumat attingere, quod tam diu invadentibus aquis non potuit vindicare. Idem Theodericus sic scribit ipsi Decio (l. c. ep. 33): *Vobis . . . concedimus ut stagnis Decennovii paludibusque siccatis sine fisco possideas in solum rura revocata. . . Hinc etiam ad amplissimum senatum praecepta transmisimus, ut definito nunc spatio ad tuum pulchre transeat dominium quod est a foedis gurgitibus vindicatum. . . . Illud etiam adspeximus (immo atteximus), ut, si quis hunc laborem iuncta tecum societate subire delegerit, habita operis aestimatione habeat iuris proprii spatia pro parte quam suscepit.** Decius videtur esse is qui fascis tenuit a. 486; epistulas illas Marinius l. c. scriptas iudicat c. a. 510—512. Litteris singularibus PPO significari hac scilicet aetate p(raefectum) p(raetori)o confirmat chronicorum Cassiodorianorum inscriptio. Decennovium cum secundum titulum incipiat non a Foro Appi, a quo ad Tarracinam vere m. p. XIX numerabantur, sed paullo superius a Tripontio (vide supra p. 642), apparet hac aetate aquis a Tripontio ad Tarracinam restagnantibus universam paludem Decennovii nomine significatam esse. Eam ut exsiccaret, minus Decio successisse videtur; certe in bello Gotthico a. 536 enarrando Procopius (bell. Gotth. 1, 11) ait Gotthos consedis in loco Regeta CCLXXX stad. a Roma distante; *πεδία πολλά ἐνταῦθα ἐστὶν ἰππόβοτα· ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς, ὃν Δεκαννόβιον τῇ Λατίνων φωνῇ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι, ὅτι δὴ ἐνεκακείδεκα περιῶν σημεῖα . . . οὕτω δὴ ἐκβάλλει ἐς θάλασσαν ἀμφὶ πόλιν Ταρακίνην.**

Tarracina Fundos m. p. XIII ab urbe m. p. LXXV

6853 [= 6241] inter Fundos et Terracinam in via Appia sub castro Monticelli rvc.; inter Fundos et Terracinam in via publica avg.; inter Terracinam et Fundos citt. Pertinuisse videtur ad pontem rivuli Monticelli sive Sanciti qui cadit in lacum Fundanum.

IMP · CAESAR
DIVI · NERVAE
FILIVS · NERVA
TRAIANVS
5 AVG · GERMANICVS
DACIVS · PONTIF
MAXIMVS · TRIBVNICIAS
POTESTATIS · XIII
IMPERATOR · VI · COS · u p. C. 109
10 P · P · PONTEM · VETVS
TATE · COLLAPSVM
RESTITVIT

Certa exempla supersunt duo Iucundi f. 128 et Augustini cod. 3528 f. 58 qui vidit. Referunt praeterea Cittadinius Vat. 5253 f. 445; Gud. ms. 232, 1, ed. 72, 8, 73, 4 auctore non indicato, qui est omnino Iucundus; Mur. 448, 5 ex schedis Ambrosianis nescio quibus; Pratilli p. 134.

Versus divisi ad Aug. Mur. fere consentientes. — 1 IMP om. Aug. — 3 om. Aug. — FIL · Citt. — 5 GERMANI Iuc. Aug., GERMAN Gud., GERMANICVS Citt. Mur. — 6 PONTIF Iuc. Aug., PONT Citt. Gud. Mur. — 7 MAX Citt. Gud. — TRIBVNI Iuc., TRIBVN Aug. Mur., TRIB Citt. Gud. — 8 POT Gud. — 9 IMP Citt. Gud. — COS Iuc. Aug. Gud., COS · V Citt. Mur. — 11 COLAPSVM Aug. — 12 om. Aug.

6854 [= 6236] Monticeli GAV. Nella via Appia per andare a Fondi, trovata nel pigliar i sassi de la via circa a Monticelo LIGOR. Monticeli in pariete exteriori ecclesiae NOT. In un angolo della chiesa matrice di Monte S. Biagio già Monticelli di Fondi ACTA CASERT. Ibidem adhuc. — Terracinae PARIS.

III
IMP · CAESAR
M · AVRELLIVS · ANTONINVS
INVICTVS · PIVS · FELIX · AVG
5 PART · MAX · BRIT · MAX · GERM
MAX · PONT · MAX · TRIB · POTES sic
XVIII · IMP · III · COS · III · PROCOS p. C. 216
VIAM · ANTE · HAC · LAPIDE · ALBO
INVTLITER · STRATAM · ET
10 CORRVP TAM · SILICE · NOVO
QVO · FIRMIOR COMMEAN
TIBVS · ESSET · PER MILIA · PAS
sic SVM · XXI · SVA · PECVNIA · FECIT
LXXI

Recognovi. Gavotus in appendice Marcanovana f. 144; cod. Paris. 5825 J (olim Memmianus 452) f. 44; Ligorius Neap. 36 p. 358 (inde omnino Panvinius Vat. 6035 f. 22'; Gud. 237, 1, ed. 71, 1 auctore non indicato, subsequente hanc Ligoriana n. 4009*; Mur. 458, 1 e Ligorio; Pratilli p. 25 ex eodem; Donat. 216, 7 e Pratillio); Notarjanni p. 215 qui vidit; acta ms. Casertana.

1 om. Gav. Par. — post 1 ins. BONO REIP · NATO Lig. (id est n. 6222). — 2 CAES Lig. — 3 MARCVS Cas. — AVRELLIVS ego et Gavot. soli,

— 6 PON Not. — TRIB · POTES (POTE Par.) om. Not. — 7 XVIII Par. Not. — PROC Not. Cas. — 8 HVC Gav. — 8. 9 LAPIDE · ALIO · INVTLITER Gav., LAPIDE · ANTE · STRATAM INVTLITER Cas., LAPIDEAM | INVTLITER Not., LAPILLEAM · INVTLITER Paris., LAPILLEAM · VTLITER Lig. — 10 CORRVP TAM Gav. Lig. — 11 COMEANTIBVS Gav., CONMEANTIBVS Lig. — 12. 13 MILIA · PASSVM ego et Gav., MILLIA · PASSVM Cas., MILIA · PASSVM Par., MILIAR · SVM Lig., SVM (om. rel.) Not. — Variam lectionem extra ordinem retinui, ut auctores inde cognoscerentur.

XCV. AENARIA (p. 679).

Rivaziani libri quintam editionem a. 1846 factam postea excusserunt amici; item, sed nullo nostro commodo, commentariolum Francisci DE SIANO *brevi e succinte notizie di storia naturale e civile dell' isola d' Ischia impressum sine loco et anno.*

ad n. 6794. Delineatum anaglyphum reperitur (una cum n. 6789) inter tabulas paratas ad antiquitates Herculenses edendas vol. I n. 83 sic:

P · DASIMIVS · PRIMVS
NYMPHIS · V · S

ad n. 6800. Edidit primus Chevalley de Rivaz ed. 5 (1846) p. 50, ex quo sumpsit d'Ascia.

ad n. 6801. Edidit primus Chevalley de Rivaz ed. 5 (1846) p. 50, unde venit loci indicatio Asciana.

ad n. 6805. Quae hodie cernuntur, edidit Chevalley ed. 5 p. 49.

VIAE PVBLICAE REGIONVM I. III.

II. VIA APPIA (p. 682).

ad n. 6812. 6813. Quo loco inventa sit columna, tradit aequalis Flaminius Vacca in commentariorum scriptorum a. 1594 c. 67 ed. Schreiber.: *alle radici del monte Tarpeio verso il teatro di Marcello vi fu trovata la colonna milliaria, che hoggi sta su la piazza del Campidoglio, e stava in opera in quel luogo, dove fu ritrovata.* Convenit igitur Vacca fere cum aequali Ligorio; nam ecclesia S. Angeli [pro S. Agnese scribendum est S. Agnelo] in Pescaria proxima est theatro Marcelli. Itaque iam constat columnam inventam esse non loco suo, sed in opere positam in ipsa urbe; eo utrum venerit ex domo Maximorum ad campum Florae *alle colonne* (quae tamen longius distat a theatro Marcelli) an columna Maximorum a Capitolina diversa fuerit, ambiguum est. — Fabrettius in tractatu de aquis (1680) c. 48 quod scribit columnam miliariam lapidis I in Capitolium postea translata repertam esse 'in vinea nobb. de Naris, quae prima est ad dexteram exeuntibus a recenti porta sancti Sebastiani', id quo teste tradiderit saeculo post columnam in Capitolio a. 1580 collocatam, quaeritur, quaesivitque iam Revillas in comm. citato (1742) p. 89 seq.: *L' abate (Francesco) Valerio crede d' avere molti anni sono osservata nel muro, che cinge la suddetta vigna, scolpita in marmo a qualche distanza dalla porta di S. Sebastiano una memoria, la quale indicava esser quello il luogo del ritrovamento della colonna: lo che molto s' accorda con ciò che asserisce il . . . Ficononi, che lo fa vicino alla nuova casa fabbricata non sono moll' anni in detta vigna sopra la strada.* Sed ipsum eum lapidem Revillas frustra indagavit, magisque Fabrettius videtur secutus esse narrationes accolarum fidei parum certae. Temere omnino Canina, tamquam de loco inventae columnae constaret, inde portae Capenae situm determinavit (ann. inst. arch. 1853 p. 134. 144; via App. p. 35. 53).

ad n. 6819. *Nella Torre di tre Ponti piantata sul parapetto del ponte verso Sermoneta* collocat Pantanellius in schedis Praenestinis.

ad n. 6820. Pantanellius l. c. legit ~~xxviii~~ (non ~~xxviii~~).

ad n. 6829. In agro Setino 'in ponte per Appiam' collocat Pantanellius de sacro princ. Terracinae ms. p. 29.

ad n. 6849. Canina quoque (via App. p. 250 seq.) his mensuris usus est ad determinandum pedem Romanum.

ad n. 6853. Hic est opinor titulus quem loco non adscripto profert Ferrarinus Par. f. 142 in suppl. (una cum n. 6850), Reg. f. 23': IMP· CAESAR | DIVI·NERVAE | FILIVS·NERVA | TRAIANVS·AVG | GERMANICVS | DATICVS·PONTIF | MAXIMVS·TRIBVN | POTESTAT·XIII | . . .

ad n. 6868. Ed. Iannelli in actis Casertanis a. 1880 p. 60.

III. VIAE LABICANA LATINA PRAENESTINA (p. 695).

8306 fragmentum columnae marmoreae, pozzo
in una masseria fuori Porta Maggiore.

ST
PETVO
ICTO
aug

E. Huebner descripsit a. 1857.
Maxentii fuit ut n. 6881. 6882. 6886.